Portogallo dicti. unus imperfectus. Alius cum alio complicatus. Jidem mediocres et minores. Pyritæ crosi cubici oblongi cum uno adhuc matrici suæ immerso. Pyrites stanneus cubicus oblongus splendidissimus ac elegantissimus è monte Farcâ, species Zincki mihi videtur. Pyritæ crosi Rhomboidales.

66. Pyritæ regulares cellulares Saruncetani: Pyritæ regulares cellulares ignem nondum experti, et materiâ chalybeâ adhuc repleti. cum cellulis vacuis et mediante fortissimo igne à contentâ materiâ chalybeâ liberati; unde potius Scoriæ cellulares, quàm pyritosi apellari possent. Cellulares.

67. Pyritæ regulares crystallini: pyramidalis et simul Botrites elegantissimus cum micis ac floribus. Idem pyramidalis cum micis et floribus Crystallini.

68. Pyritæ regulares cavernosi: Massulæ crystallinæ pyritosæ, et cavernosæ cum micis, et floribus perelegantes. Eædem fuscæ cum micis et floribus. Eædem cum micis et floribus, nec non cum efflorescente Vitriolo croceo, ac saturatè flavescente. Cavernosi.

69. Pyritæ irregulares: flavescens cum floribus et micis Plumbi. Aureus materiâ cinereâ copiosè imbutus. Kirchsitensis in saxo arenario tubercula Verrucis similia efformans. Gleba Pyritosa è venâ Pyritarum separata. Pyritæ irregulares cubici, vel dodecaedri fusci splendentes Abbatiscellani. Pyrites irregularis cubicus aureus nitens. Idem lamellaris. Pyritæ irregulares. Cubici.

70. Pyrites irregularis Botrites multâ materiâ cinereâ imbutus. Idem crosus radiatus hemisphæricus. Botrites.